

E sacramentis (ut reor) satis superius diximus;  
d nūc de officio missæ, quo ipsa sacramēta corporis  
& sanguinis Christi conficiuntur, quia ordo  
postulat, breuiter dicamus. Officiorum autem pluria  
licet sint genera, tamen illud prēcipue quod in sacris  
diuinisq; rebus habetur, officij nomē censetur esse  
nuncupandum, quia quāto ipsa res maioris dignitatis  
est, tanto paratiorem & promptiorem istius ministerij  
querit effectum. Officium autem dicitur ab efficiēdo,  
quasi efficiū, propter decorē sermonis una mutata  
littera. Sacrificium dictum, quasi sacrum factū, quod  
prece mystica cōsecratur in memoriā dñicē passionis,  
vnde hoc eo iubēte, in corpus Christi & sanguinē dñi;  
quod dum sit ex fructibus terre sanctificaſ. & fit sacra  
mentum, operante inuisibiliter spiritu dei, cuius panis  
& calicis sacramentum, grēci. εὐχαριſτία, eucharistiam  
dicunt, quod latine bona gratia interpretatur. Et quid  
melius corpore & sanguine Christi. Sacramentum est  
in aliqua celebratione, cum re gesta ita fit, ut aliquid  
significare intelligatur, quod sancte accipiendum est.

Missa est tēpore sacrificij, quādo cathecumini foras  
mittuntur, clamante leuita. Si quis cathecuminus re-  
mansit, exeat foras, & inde missa, q̄a sacramētis altaris  
interesse non possunt, qui nō dum regenerati noscūt.  
Missa autem est legatio inter deum & homines, cuius  
legationis officio fungitur sacerdos, cum populi uota  
per preces & supplicationes ad deum offert. Et bene  
hoc tempore sacrificij fit, quando illius passionis mēo-  
ria celebratur, Christi uidelicet, mediatoris dei et ho-  
mīnū, qui se net ipsum obtulit patri pro nobis. Hunc  
autē mōrē sacrificij, primū dñs noster Hiesus Christus  
& magister instituit, quando cōmendauit aplis suis  
corpus & sanguinem suum, priusquā traderetur, sicut  
legitur in euangelio. Accepit inquit panē Hiesus, &

## DE ORDINE

Rem aut̄ in celo  
lascivis ad altare  
victoriarum fontium  
inconfessu domini  
antebulū fontium in  
euangelij gressu facer  
stā modulatio diuina  
laus et laudes Ch  
allegre laudes fac



benedicens fregit. & dedit eis. et ait. Sumite . hoc est  
corpus meū . Et accepto cálice . gratias agēs . dedit eis .  
& biberūt om̄es ex illo . et reliqua . Cum benedictione  
enim et gratiarum actione . prīmū dominus corporis  
& sanguinis sui sacramenta dedicauit . et apostolis tra-  
didit . qd exinde apostoli imitati fecere . & successores  
suos facere docuerunt . quod et nunc per totum orbē  
terrarum generaliter tota custodit ecclesia . Sed enī in  
initio mos iste cantādi nō erat . qui nūc in ecclesia ante  
sacrificium celebratur . sed tamen epistolę Pauli recita-  
bantur . & sanctum euangelium . Célestinus aūt . xlvi .  
Episcopus post Petru . Romanę ecclesię tradit̄ primus  
statuiss̄ . ut psalmi . cl . ante sacrificium psallerent̄ anti-  
phonat̄ ex oībus . Ferū etiā et lōge āte Thelesphorus  
Papa constituisse . id est . ix . post Petru . ut ante sacrificiū  
hymnus gloria in excelsis deo diceretur . quod tamē  
modo nō semper agitur . sed in diebus tantum dñicis .  
& in sanctorū festiuitatibus . quod Simmachus Papa  
lvi . post Petrum . ita fieri mandauit . Verum quia de sa-  
crificiū celebrationē sermonem facere incipiebamus .  
secundum quam conuenientiam omnīs ordo ille insi-  
tutus sit . prosequamur .

### DE ORDINE MISSAE. Ca. XXXIII.

Rínum autē in celebratione missę ad introitū  
p sacerdotis ad altare . antiphona cātatur a clero .  
vt audiatur sonitus . quando ingredit̄ sanctuar-  
ium in conspectu domini . sicut in ueteri testamento .  
per tintinnabulorū sonitū ingressus innotuit pōficiis .  
Bene ergo in īgressu sacerdotis . concrepātibus choris  
audit̄ modulatio diuinę laudis . ut dominice celebra-  
tionis mysteria . ministrorum pie p̄cedat cōsonantia .  
& corporis et sanguinis Christi uenerabile sacramētū  
antecedat dignę laudis sacrificium . Namq̄ chorus est .

f